

R5  
**An. Mancinellus inclito adolesceti Ioanni mi-  
 chaeli de bonis auguriis clarissimi viri Domini  
 nici filio Urbani quidem gymnasii doctoris su-  
 mi. S.P.D.**

**Augur romulidas inter celebrande michael  
 Laudibus innumeris spes decus aura meis.  
 Calliope te nostra petit: chorus ipse soroꝝ  
 Consequitur phoebo percutiente lyram.  
 Has tu suscipiens lauro redimitus ad altam  
 Parnassi cyrphin illico ductus eris.  
 Hic sacrum nectar libans dicere poeta.  
 Ascrei calamos calliopea dabit.  
 His igitur poteris clari memoranda parentis  
 Plurima uicturis tradere carminibus.  
 At quia permagna est genitori copia laudū,  
 Deficient uires promere cuncta tibi.  
 Quid refert? iacobus adest marcellus & alter:  
 Est bernardinus gloria romulidum.  
 Cantabunt igitur uersu quæcunq; decoro  
 Promere noluerit calliopea tibi.  
 Mancinelli ueliterni Versilogus.**

b Exametrum pedibus senis deducere carmen  
 Thespiades monuere deꝝ pia numina uatum.  
 Heroum quintus: spondeum sextus habeto.  
 Cōmunes reliquis debent utricq; reponi.  
 Dactylus e longa fiet breuibusq; duabus.  
 Martius ostendit: uel carmina nempe latinis.  
 Spondeum faciet disyllaba dictio longa:

Hain 10586

Multis uel currunt amens ue exempla teneto.

Vltima cuiusq; est cōis syllaba uerius.

**C**Pentametri dabit primis romane duobus  
Spondeus duplex/duplex uel dactylus aut sint  
Alterni: post hos bene syllaba longa sequet:

Inuenies quādoq; breuem tu plura legendo.

Dactylus inde duplex/post vnica syllaba detur.

Temporis vnius correpta est syllaba semper:

Longa diuum nono fabii precepta notarunt.

In pede sic quinto spondeus sepe locat:

Dactylus equalis spondeo in tempore nam fit.

Cornua uelataq; obuertimus antemnaq;

Tertius ēneidos meminit.

**C**Inter uocales i: duplex consona fiet.

Maiores/meio/uel maii pandit abunde.

Syllaba detur ei duplex: hei syllaba sola.

Vniusq; etiam cui dicas: huic quoq; iunge.

Ille cui: patuere cui: albinus tamen inquit. pris. vii.

Lētus huic dono uidcas dare tura nepotes:

Falsus huic pennas: siluaq; protulit auctor.

Accipe pompei/quarto naſonis habet.

Ast aliqui pompei dicunt: uulteri quoq;. caicq;.

Durus ait uulteri nimis attētusq; uideris. hor. vii. ep.

Caius a prima tremebūdus luce salutat. mar. ix.

Qd debes cai redde inquit phoebus/& illinc. mar. ix.

**C**I simul u iunctę uocali: consonę habent:

Continuo uerūtamen vnica syllaba fiet.

Vt ianus/iuno/uinū/uacinia/uellus:

**C**V post g seu q: uocali nempe sequente

Vim perdit: iam lingua docet: iam pandit iniquus.  
 Euanebit item dicendo suesco ue suetus:  
 Dicendo & suavis: persuadeo siue ferendo.  
 Quod tu id maluisti: lucilius edidit ipse. Tul. de fin.  
 Statius at dixit: quas nox inopina suscit. th. i.  
 Flaccus item scribit: furesq; feretq; suetq; ho. i. ser.  
 Consona uocalis facta est: in persoluenda.  
 Nunc quoq; te saluo persoluenda mibi. na. ep. vi.  
 Ex iisdem ac iisdem, uocalis tollit una.  
 Seu potius binas uocales uertis in unam.  
 Li simul atq; iis tu monosyllaba dicere debes.  
 Dii quoq; diuisq; simul: tollet littera prima.  
 Semianimus lector: semiustus: semihominis ue  
 I perdunt: quotiens scandendo diuide carmen.  
 E debinc amittit: sic deinceps: eē quoq; perdunt.  
 O q; proinde suum dimittere debet ubiq;  
 E deerat perdit: deest perdere vult simul illud.  
 Cogitat ut speciosa debinc miracula promat  
 Flaccus in arte tulit. Summus fert ipse poeta  
 Vix ea dicta: debinc progressus monstrat & arā. in viii.  
 Fracta debinc cūctis auersaq; pectora bello. th. viii.  
 Ex quoq; sepe fugit uocali post subeunte:  
 Vergilius profert, aluearia vimine texta. in. iii. g.  
 Nec tñ rhodope mirat & ismarus orpheus. in b.  
 Ferreicq; eumenidū thalami, & discordia demēs. i. vi.  
 Iam ualidā ilionei nauē: iam fortis achatē. vir. i.  
 Caucasea sc̄p refert uolucres, furtūq; promethei. in b.  
 Ilioni quidam uerūtamen atq; promethi  
 Scribendū monuere, syneresin efficiendo.

**E**cclipsis necat m:uocalem aufert synaloepha.  
Multum ille & terris fuerat lactatus & alto.

Terminat m:nomen quotiens:uocalis & illud  
Consequitur:prima est uocalis & m:remouenda.  
Dictio precedens:uocalem post retinendo  
Illa dimittit uocali quippe sequente.

**I**d tamen haud semper possunt seruare poetæ.  
Insulæ ionio in magno fert musa maronis.in.iii.

Victor apud rapidum simoenta sub ilio alto.  
Ter sunt conati imponere pelio ossam.I.g.

Et longū formose uale uale inquit iolla.in b.  
Clamaré:ut littus hyla hyla omne sonaret.in b.

Credim⁹:an qui amant ipsi sibi somnia singūt:in b.  
Egerat a stabulis o erythœ tuis.Prop.iii.

Rupe moras oēs:turbataq; arripe castra.vir.ix.  
Nomen & arma locum seruant:te amice nequiui.

Saltem laudemus dūmodo ipse egeat.Cat.  
Belloq; pompa animā exhalasset opimā iu sat.x.

Insignita forent tum milia militū octo.En.  
Et formā contra positarum imagine coni.pris.

Viuendū est recte:tū ppter plurima,tū his.iu sat.ix.  
Ast aliqui tum nis scripsere:i consona quo sit.

**S**cum uocali sibi iuncta aliquādo mouetur.  
Aut ouū foet⁹:aut urētes cūcta capellæ.vir.ii.g.

Inter se coiisse uiros,& decernere ferro.in.xii.  
At seneca octauo vult esse:& cernere ferro.

Dispositis p̄diues hamis uigilare cohortē, iu sat.iii.

**S** quoq; sola perit:te nanc⁹ exēpla docebūt.  
Arboribus ueteres decidere falcibus ramos.lucr.v.

Affixus nostris tu dabis supplicium.cat.  
 Sudor ibi arcano florentes igne simaragdos.th.ii.  
 Interea sol albus recessit in infera noctis.E.n.  
 Linquimus insani ridetes premia scribe.hor.i.ser.  
**E**xuperat uersus cui syllaba: Hypermeter esto:  
 Ecce furens animis aderat tyrrinthius:oemq  
 Accessum lustrans, buc ora ferebat & illuc.vir.viii.  
 Finem/principio uersus adiunge sequentis  
 Quaccessum dicens: de cunctis sic quoq fiet.  
**V**im quandam in uersu aspiratio habere uidet:  
 Haud tamen id uerū est: illa sine nanc relegi  
 Carmina multa, quibus synaleophe nulla tenet.  
 Exempla ostendi: uideas illa subeunte.  
 Posthabita coluisse famo, hic illius arma.vir.i.  
 Pontice cū licino, hic quoq magn homo ē.mar.ii.  
 Si fur displiceat uerri, homicida miloni.Iu.sa.ii.  
 Atq catullus ait, iam diceū hymenēus.  
 Virgilius, manibus hoīm periisse iuuabit.  
 Quid mirum: plura inuenies nō bac subeunte  
 Longa quidem prolatu, licet correpta locanda.  
 Dum sanguis inerat, lucani tertius inquit.  
 Nā tibi tymbre caput euādrius abstulit ensis.vir.x.  
 Luct ubiq pauor, & plurima mortis imago.vir.ii.  
 Et furiis agitatus amor, & conscia uirtus.vir.xii.  
 Pectoribus inhians spirantia consulit exta.vir.iii.  
 Nostroy obruimur, oriturq miserrima cedes.vir.ii.  
 Liminacq laurusq dei, totusq moueri.vir.iii.  
 Sideraq uenticq nocent: auideq uolucres. nas.in.v.  
 Mittit hypermestra de tot modo fratribus vni. nas.

Prima syllaba.

Cto rite modis noscetur syllaba prima:  
Seu positu: seu diphthongo: seu prepositiu:

Deductu: exemplo: uel norma: compositu ue.

Vocali ante aliam. Positus tñ esse feretur

Quum post uocalem poneat consona bina

Vel plures: aut x duplex: aut z uel i sit.

Vt tempus, lustrum dixerunt, azimus, aio.

Hinc semper longa est uocalis quilibet ante.

**C**L tamen r q̄ simul post mutam forte sequentes

Vocalē efficiunt cōem, si breuis esset.

Id cyclades pandunt, uel cyclades: atq; doryclus.

Sic patris ac tenebř: patris uel, siue tenebř.

**C**M simul n gr̄cis liquidē quoq; uocibus insunt.

Ecce inter prios theramneo a sanguine clausi. Syl. viii.

**M**Tanq posuit mutū. Marcus tñ inquit

Delectat mariū si perniciosus ichneumon. in. vii.

Euterpe cohobet, nec polymnia. hor.

Cōem medianam gr̄cis seruabit arithmos.

Diphthongus gr̄ce produciatq; latine

Euterpe, predico docent, breuiato pr̄eulstus:

Corripies etiam romane pr̄ire, pr̄esse.

Compostę de, pr̄e, se, di quoq; pr̄epositiuę

Sunt producendę. Dirimo breuiare memento.

**C**A simul e longa est: uocali nō subeunte.

Amitto, euado, uobis exempla dabunt.

**C**Ab uel ad obq; breue est: uocali nempe sequente.

Nempe re corripit. Refert produciat, esse

Vtile significat quotiens: distat ue notabit.

Producit reduco quidem, breuiatq; reduco.  
 Dii tibi dent capta classez reducere troia.hor.ii.ser.  
 Palma negata macrū donata reducit optimū.b.ii.ep.  
 ¶ Pro longam doceo: uocali nō subeunte.  
 Nam proauus, prohibet soliti breuiare poete.  
 Corripiunt etiam profugis ue procella: profanus.  
 Tum pronepos, properoi proficiscor siue proterius  
 Sicq; professus erit ue prophetā profecto, pfundus.  
 Adde simul dictis ue profusus, siue profestus.  
 A prope siue procul dixerunt talia duci.  
 Corripit & prologus. Tu cetera nosse labora.  
 Deducte uoces primaria rite sequunt.  
 Hinc donum a dono ueniens producit usq;  
 ¶ A breuib; deductā quidem producimus ista:  
 Iunior. & casus. staturus. tegula. remus.  
 Vitupero. humanus. laternacq;. sēcula. rapum.  
 Legem. iucundus. binus. totus quoq;. regem.  
 Regula. uel denus. nonus. uocem quoq;. trinus.  
 Viginti. italiam. uel macero. uenacq;. uomer.  
 Iumentum. petus. iungař. secius. humor.  
 Sicilis. ac fomes. ceritus. iugera. sedes.  
 Cetera marte tuo poteris dignoscere lector.  
 ¶ Hęc nata ab longis correpta reponere debes:  
 Sume dicax. stabilis. man? & titulus. uel arista.  
 Iunge lucerna. sopor. quater. atq; farina. disertus.  
 Sic fragor. aut fragilis. ducis. atq; tigillus. ofella.  
 Adde uadum ue sagax pr̄dictis: adde sigillum.  
 Iunge uirū. uel aquā. noto uerbū. iunge quaternus.  
 Inde matnilla. fides. siquidem. nato. siue bubulcus.

Hinc odium: lotium. satius ue curulis. acerbus.  
Et fernur. ac ligulā. uel omasum. sic & aceruu.  
Cetera marte tuo poteris dignoscere cuncta.  
Exemplo utemur/ ratio quum deficit ulla.  
Inde siler brevio sectans exempla maronis.  
Curua tenent: ut molle siler. lenteq; genitę. in. ii. g.  
Hinc rufine sequar te quum penultima dices:  
Tullius hunc laudat. cui sit penultima longa. Ruf.  
Tubera sunt fungi: tuberes at poma uocant.  
Obiice producas: obice at correpta loceſ.  
Correptum subicit: productum subiicit esto.  
**C**ōēm retinent primam quęcunq; sequunt̄.  
Gradiuus. pelion. palatia. siue diana.  
Hymen. fidenę. rubigo. liquor ue. pachynus.  
Sychetus. tineę. uitrum. liquidusq; sicanus:  
Britāni. ac italus. bithynus. siue profectus.  
Profundo uerbum. caecus quoq; iunge propino.  
Procuero. orion. cofira ac insula quędam.  
Hinulus. & crathis. silenus. criticus atq;  
Rutilius. rudo. uel lycas. atq; pyrene.  
Dolon. curetes. uerum tu plura notabis.  
Regula iam ueniet: qua syllaba prima patebit.  
Prēteritum quotiens disyllabō inuenietur:  
Producit primā ceu legi. Tolle fidiq;  
Tolle dedi. atq; tuli. stetit. & bibit. ac scidit ipse.  
Abscido abscidi: abscindo tñ abscidit effert.  
**P**rēteritum geminans/ primā sibi corripit usq;  
Pendo demonstrat solitum formare pependi.  
**C**etera pr̄sentis naturā quippe reseruant:

His tñ exceptis:genui:posui:potuiqz.  
 Nam gigno:& pono/possum quoqz/longa notatur.  
 Inuenies reperi/repul/retuliqz legendo.  
 Repperit inuenies:& reppulit:illud idem sic.  
 ¶ Producunt primā disyllaba cuncta supina:  
 Ut lusum uisum. Tollunt itumqz/quitumqz:  
 A cieoqz citum.coiunge datumqz/litumqz.  
 Adde litum ue satum ue rutum:stata iungere debes:  
 Composita accentu monstrat syllaba quāta est.  
 Perlego/prēpono/prēdico/prēparo/dices.  
 Vocalis tamen ante aliam correpta manebit  
 Nominibus nostris:prēter diuis/simul aer:  
 Nomina grēca tñ sunt ista ferenda latinis.  
 Dic fio/fiebat item.Sed nempe sequenti  
 R post e ut fierem fieres:correpta doceamus.  
 Grēca quidem producta'leges:correptaqz multa.  
 Aonides/clio demonstrat:iulus/iolla.

### Media syllaba.

¶ Yllaba quinqz modis mesa:noscit ipsa latinis  
 Diphthōgo:positur:exēplo:accētu quoqz bino  
 Vocali ante aliam.diuisim cuncta patebunt.  
 Diphthōgus lōga est:positus quoqz lōgus habet  
 Pandit lenēus/comoedia:sue repostus.  
 Noscit exemplo fiducia quanta locetur.  
 Omnis spes danaum:& coepti fiducia belli.vir.ii.  
 Bacchius Rufinus ait:nō bacchius autē.  
 Principium bacchius erit:concludet iambus.  
 ¶ Cōmuniſ medias quedam seruare notabo.  
 Contudit syphacem/pharsalia:sue bathau.

Cyane, cyane, lecythus, lecythus atq;. Connubiū, cybele, bebrycis, siue cybelle. Orion dices orionis, ac orionis. Aegaeona ferunt, aegaeona sepe poetę. Porsena, ficedulę, porsena &c, iunge sicanus. Plura quoq; inuenies istis relegendō poetas. ¶ Cōem retinet medium ablatiuus eodem. Nę placeat, curru seruus portat eodem. Iu. sat. x. Non eodem cursu respondent ultima primis. Hoc eodem ferro stillet uterq; crux, prop. i. Vno eodemq; tulit partu: Maro protulit ipse. in xii. ¶ Sic etiam dices in eadem posse notari. Vna eademq; uia sanguiscq;, aiuscq; sequunt̄, vir. x. Hac eadem rursus lyggdame curre uia. prop. iii.

Accentus lex est: qua syllaba tollitur ipsa Deprimit ue tibi, quicquā romane ferendo. ¶ Est grauis accentus: circūflexus: uel acutus. Deprimit ipse grauis uocem: tollit sed acutus. Ast circūflexus uocem leuat, & premit ipsam. ¶ Noscit̄ accentu solum penultima quanta est. Sidera, latratus, fortuna uel, indicat ample. Semper ubiq; feras, uel ibidem: Corripe nun. Ante aliam semper uocalis corripietur Vocibus in nostris: ut gloria, filius. At die Vnius, vnius: uel sic cognata repones Alterius tantum, uel aliis dicere debes. ¶ Consona pr̄cedens es quintę: res tibi monstrat Tradit e correptū gtō, siue datiuo Nanq; rei format: fideiq; fides generabit.

At si precedet uocalis: longa sit e tunc.

Ostendit facies faciei, siue diei.

Aula pro aule, recte producere debes.

Dic choream, plateam ue choream/ siue plateam.

Sic maleam dices ue maleam. Noia græca

Corripiunt partim: partim producta uidebis.

Oceanus, simois docet id: spondeus/ oreas.

Vltima syllaba.

u Lætima notescit triplici ratione latinis:

Diphthōgo, ut muse: positi quoq; sic amarēt.

Regula prædictis quāplurima iungit apte.

In a.

Omnia lector in a debes producere: sicut

Interea contra. Tolles ita/ uel quia tñ.

Vltra/ uel frustra uerum cōia legi.

Ima uehumb celi luxit dū fruſtra frequēter. ruf. ī arato

Curaq; nil pdest: nec ducit ultra cicatrix. Serenus.

Induperatiū primē producito semper.

Casus in a breuis est: præterq; sextus, ut aula.

Quintus item græcus: quē rectus in as generabit.

O palla, qneā diama/ bitia/ peliacq;

In rectocq; etiam muliebria ſepe pelasgum

Produxere: uelut tegea: nemeacq; rheia ue.

In ginta inuenio cōia: Corripe genta.

Quadrinagenta docet: uel quinquaginta michael:

Quinquaginta uiros: prologo dixere secundo, in th.

Quadraginta dedit gracchus feſtertia dotē. Iu. Sat. ii.

In e.

Producuntur in e monosyllaba: me ceu: te: se.

Ipsa/ que pro & breuiat:que longa est semper ubiqꝫ.  
Rite ne pro an breuis est:prohibēs né lōga manebit  
Né quoqꝫ pro certe/ uel prout non:longa docet.  
Vé populo dicens/ producas:corripe pro uel.  
¶ Foemineū nomē grēcoꝫ sit tibi longum:  
Penelope/ libye/ nerine/ pandit abunde.  
¶ Quinte ablatiuū produc:ternē breuiabis.  
Excipiturqꝫ fame: Tabe cōis habet.  
¶ Diphthongo prime ḡt̄/ siue dt̄  
Recti/ uel quinti plurales:sunt bene longi.  
Exemplū musē demonstrant/ siue poetē.  
¶ Quippe uocatiuū prime sextus ue pēlsgum  
Producunt semper:docet anchise/ uel achate.  
¶ A dandi casu deducta aduerbia produc  
E sumunt quotiens mutato o:pandere possunt  
Docte uel stulte.Brevia male/ uel bene semper:  
Illa fere/ ferme/ quare &/ producere debes.  
¶ Induperatiuī longi quoqꝫ sunt secundē.  
Dic uale/ siue uale:qm̄ reperiū utruncqꝫ.  
Idqꝫ quod ignoti faciunt uale dicere saltē: in.i.trist.  
Tu tepe cōem lector/ cale/ uel lique pones.  
Alta tepe faciet permixta sanguine cēde:cat.  
Tura liquefaciūt/ peligni septimus inquit.  
¶ Omne aliud iamiam poly syllabon est breuiandū.  
Scribere demōstrat/ prope gausape/ cēpe/ cubile.

In i.

Ifinita/ uelut studiū:producito cuncta.  
Grēcoꝫ quintus ceu thebai/ corripieſ.  
Sicqꝫ datiuū aget d iuncto:id phyllidi monstrat:

Tyndaridi uerū paridicq; propertius inquit. li. iii.  
Statius at thetidi. quare sic plurima cernes.  
Principue quotiens is noīa grēca tenebunt.  
**A**st ubi siue mihi tibi uel sibi: lector ibi ue/  
Cōmunes legi. nisi uel quasi corripiunt.

In o.

Omnia (ceu do sto) monosyllaba: longa ferunt.  
Producunt/breuiantq; simul polysyllaba uerba/  
Nomen item. ueluti curro/currendo/catoue.  
**A**blatiuus enim producit/atq; datiuus:  
A domino monstrat. Duo semper corripieuntur.  
Sepe ego cōēm sacri posuere poetę.  
Frater ego tibi sim: filius vnuis ego. Prop. ii.  
Grēcula ceu dido uel sapho/longa tenebis.  
**T**anto uel quanto/sic cuncta aduerbia produc.  
Illico corripies. modo. mutuo. uel cito semper.  
Cōmune est ergo. crebro. sero. atq; profecto.

In v.

V longum pones. ueluti cornu/uel amatu:

In c.

In c/producas:ceu/fac/dic/duc/simul halec.  
Excipitur donec lac nec, quia corripiunt.  
Hic pronomen erit cōē. alias bene longum.

In.b.d.m.t.

B d corripiunt: sic m t. ni positus sit.  
Vel sit diphthongus/uel syncopa facta poetis.  
Sub uel ob ostendunt/ad/sed/caput/occiput/umq;  
Insignita forent tum milia militū octo. En.  
Magnus ciuis obit, & formidatus othoni. Lu. sat. vi.

**Q**uis nescit, aut quis nō uidit vulnera pali. **Iu. sat. vi.**

**In h.**

**A**b, uah, producunt.

**In l.**

**L**breuies, semper, ceu sal, semel, inibal & mel:  
Sol nil produces: gabriel, pol, siue michael.

**In n.**

**N**producat: ceu titan, quin, helicon, splen.

**E**xcipe tu forsan, uel forsitan, attamen, exin:

**I**n, uel an, atq; uiden: sic crescens per gtm

**V**t nomen: producit hymen syren quoq; semper.

**A**n ullaſ preferre preces Balbus tñ inquit. li. v.

**C**Rectus in in delphin demonstrat, lögus habet.

**I**lion, ac pelion, breuies: sic plura pelasgum.

**Q**uartus in in breuis est: ceu tigrin, thyrsin, & isin.

**C**Quartus in an primę uel in en: producit usq;

**I**ndicat eanean, anchisen, penelopen ue.

**C**Foeminei quartus dans an, breuiat ubiq;

**M**aian ut aeginan. Sed naso in tristibus inquit.

**Q**ui legis electran, & egentē mentis Orestem. li. ii.

**In r.**

**O**mnia lector in r correpta: ut cesar & imber.

**P**roducas aer, craterq; statherq; character.

**S**ic & iber, ether, cur, fur, panther quoq; lar far:

**V**er, nar, par, dispar uel cōpar, compositua.

**C**or cōe leges, amor atq; dolor pauor atq;

**P**lurima sic etiam: ni forte figura notetur.

**In as.**

**A**s finita, uelut pietas: producito cuncta.

Corripe grēca tamē: si dis ḡtūs habebit:  
 Palladis ut pallas: plurales corripe quartos  
 Grēcoꝝ ternꝝ: uelut arcadas ac elephantaſ.

In es.

Es retinens produc: species ostendit & h̄eres.  
 Corripe multa tamen: penes inquies: es quoꝝ uerbū:  
 Compositiuā simul. Breuis & penultima crescens  
 In quibus est breuia: teres ut miles simul hospes.  
 H̄ec tñ excipimus: paries aries abies spes:  
 Resq; ceres & spes: iungant̄ compositiuā.  
 Plurales casus grēcoꝝ corripe semper:  
 Lampades accipiam: uel troades: aut garamātes.

In is.

Is correpta manet: tum grēcis: tumq; latinis:  
 Ut paris ac ignis: produc simois pyroisq;  
 Tethyos ac tethys. Thetis at thetidis breuianda  
 Sic micat: aut rutilus pyrois: aut ore corusco. colum.  
 Et formidantem patrios pyroenta dolores  
 Balbus ait qnto. recto ei dipbthōgus habet. pris. vii  
 Delphis delphinis: sic aris: sic & eleusis:  
 Vel delphin: arin: & eleusin: longa manebunt.  
 Producti recti: quibus a penultima crescens  
 Longa datur patrio: lamnis lamnitis id offert.  
 Casus in is numeri longus pluralis habetur.  
 Ut quis: uel nobis: dominis. Vis sis quoꝝ longe  
 Sic nolis: quis adsis: & compositiuā.  
 Is uero: quis: bis: mis: tis: sunt corripienda.  
 Verboꝝ quartę: uelut audis ultima longa.  
 Nescis uel dormis cōmunia legimus esse.

Producunt fueris/dederis/legerisq; poetæ.  
¶ Longa uelis/mauis:is uerbum/& compositiuæ.  
Ut transis/uel adis/uel obis.sic cetera cuncta.

In os.

Os longum fiet:uelut os oris ue sacerdos.  
Os tamē offis habēs breuiandum/compos & impos.  
¶ Corripe græca/uelut chaos ilios; ac gtōs  
Tethyos iliados.longa heros/tros quoq; minos/  
Androgeos/& athos/uel rhinoceros/phileros ue.

In us.

Vs breue:ceu marius.monosyllaba lōga/uelut tus:  
Sic etiā tellus:quibus & penultima crescit  
Longa quidē semper.palus est cōis habenda.  
¶ Quarta aut̄ patrium producit/tris quoq; plures.  
Longi græcoꝝ patrii/didus ue calypſus.  
¶ Lōga manēt hydrus/pāthus amathus ue melāpus.  
Pus retinens breue fit/quotiens iuxere secundę  
Oedipus ostendit græce oedipos.atq; melāpos.

Finis

elegi metri:quod binis uersibus constat:hexa  
metro heroico/subiuncto quinario.

Carmen Saphicū hendecasyllabū.

Ondere constitua saphus a noīe carmen.  
Ante trochœus erit:spondeus/dactylus inde:  
Primus item binus.tribus autem uersibus actis  
Versiculum herous/spondeus &:edere debent.

Ad Io. Michaelem augurem.

Te deus summo titulo decoret:

Tradat & mundi regimen superbi:  
Regiam post hęc teneas olympi  
Chare Michæl.

Metrū dactylicū Asclepiadeū.  
Etro Asclepiadis spondeus/dactylus insit.  
Hinc cęsura datur: duplex sit dactylus inde.

Ad Hieronymum Maserium  
Foroliuensem.

Iam tempus redeas/dulcior omnibus  
O mi diuitiis culte hieronyme:  
Magnam cui tribuit iuppiter optimus  
Rerum notitiam.Cui loca siderum  
Cui celi ratio/cunctaque climata  
Noscuntur penitus.Carmine dulcior  
Nato calliopes:cultus in omnibus.  
Quare iam repetas atria principum.

Metrū phaletium hédecasyllabum.

q Vincę pedes uersus capit hendecasyllab⁹ apte.  
Spondeum, herou⁹ capiet tris inde trochęos.

Ad lectorem.

Paruo percipies labore nostris  
Artem carminibus benigne lector:  
Non paruo mibi constituit docere.  
Nam legi uarios diu libellos  
Quo posset mea tutior uagari  
Clio:iam ualeas amice foelix.

De pedibus metroū secundū Fabium & Diomedē:  
Disyllabi quattuor.

f Pondeū faciet disyllaba dictio longa. ut ferrēt.  
Cōtra ē pyrrhichi⁹ piābus/dibrach⁹ atq. ut pi⁹  
Lōga breuis⁹/dabūt ue choreū, siue trochēū. ut dixit  
Prīma breuis/tū lōga sequēs formabit iābū. ut amāt  
Ipse Choreus erit tribrachus ue trochēus habēdus.  
Quod nono Fabius meminit romane Michael.

Octo trisyllabi.

Actylus e lōga fiet:breuibusc⁹ duab⁹. ut marti⁹  
Dactylus herous quoq⁹ dicit⁹. ut fabius vult.  
Binis e breuibus, lōga simul est anapestus. ut spēs:  
Hic etiam fertur grēce Antidactylus idem.  
Tresq⁹ breues Tribrachū faciūt: referet bñ mōstrat.  
Tris lōgasq⁹ Molossus hz cōtrarius illi. ut cātabāt.  
Iūge duas lōgas/mediāte br̄ui aphimacr⁹ fit. charitas  
Pes tñ a fabio uocitat̄ Creticus idem.  
Inter longa breues Amphibrachus est: ut amantur  
E q̄ breui bacchius erit:lōgisq⁹ duabus. ut egestas.  
Si binis longis correpta est syllaba iūcta  
Antibacchius ue palimbacchius habet. ut natura.

Sedecim tetrasyllabi.

a T pceleumatico corrept̄ q̄ttuor insūt. ut ariete  
Est dispōdeus semp cōtrarius illi. ut oratores.  
Longa breuis/uel longa breuis/iungan̄t in vnum.  
Ditrochēus erit/uel dichore⁹ habēdus. ut vindicator  
Est breuis & lōge: breuis & lōge diiābus. amoenitas  
Lōga dueq⁹ breues/& lōga siml̄ choribū. ut h̄sificās  
Antipast⁹ erit breuis/& bis lōga/breuibsc⁹. ut uidereſ

Tuq̄ duas lōgas breuib⁹ p̄pone duabus. ut deponite  
 Ionicus maior. Minor est cōtrari⁹ illi. ut diomedes  
 Prim⁹ erit p̄eon/ lōgā breuib⁹ trib⁹ adde. ut lētitia  
 Lōga sc̄da, breues alię tres/ sitq̄ secūdus. ut amabil.  
 Tertia lōga, breues alię tres/ tert⁹ extat. ut alienus.  
 Quartac⁹ lōga, breues alię tres/ q̄rtus hētus. celeritas  
 Pria breuis, lōge tres, primū dāt epitritū. sacerdotes  
 Sitq̄ sc̄da breuis, lōge tres/ fitq̄ sc̄dus. ut cōdītores  
 Tertia sitq̄ breuis, tres lōge, tert⁹ esto. ut hereditas  
 Syllaba q̄rta breuis, lōge tres, quart⁹ hētus. oratoris  
 Hippius hic etiam fert pes ab Diomede.

Cōium sylladaꝝ testimonia.

- a T qui condiderat postq̄ nō repperit aurum.  
 Aptauit collo quē reperit laqucum. Ausoni⁹.  
 Reppulit a libycis immensū syrtibus ēquor. luc. i.  
 Quęc⁹ feros repuli doctis medicatib⁹ ignes. Medea  
 Rettulit & ferro rhoesum dolonac⁹ cēlos. Penel.  
 Si redditum retulisset is, aut in tēpore lōgo. cat.  
 Gradiuus q̄tas pplis spoliauerit urbes. th. iiiii.  
 Gradiuūc⁹ patrē, geticis qui p̄sident aruis. v. iii.  
 Inclytā amazonidū, magnoc⁹ exorta gradiuo. bal. iiiii.  
 Et gen⁹ a magno ducētē forte gradiuo. met. vi.  
 Pelion hēmonię mons ē obuersus in austros. fast. v.  
 Ossiac⁹ cū pelio, cūc⁹ hēmo cesserit Othrys. Syl. iii.  
 Haud timeā magni dixisse palatia cēli. met. i.  
 Quā tanti fuerit cadere: ut palatia cernas. Syl. xii.  
 An noua contemptis surgāt palatia flāmis. St. i. syl.  
 Exercet diana choros: quā mille secutę. v. i.  
 Tergeminac⁹ hecaten/ tria uirginis ora dianę. v. iiiii.

Hymen/o hymenēe hymen:ades o hymnēe.cat.  
Affuit & sertis tēpora iunctus hymen.nas.ep.vi.  
Viuat fidenis:& agello cedo paterno.Iu.sat.vi.  
Hi tibi nomentū:& gabios/urbemq; fidenā.v.vi.  
Exesa inuenies scabra rubigine pila.v.i.g.  
Vteris ore aliter:nimiacq; rubigine captus.mar.ii.  
Pondus uti'saxis:calor ignis:liquor aquaꝝ.lucr.i.  
Fiet uti cibus oīs & aridus & liquor ipse.lucr.i.  
Prēstat trinacrii metas lustrare pachyni.v.iii.  
E qb<sup>9</sup> ibriferos xlus pacchynus ad austros.me.xiii  
Huic cōiunx sycheus erat ditissimus agri.v.i.  
Anna fatebor enī miseri post fata sychei.v.iii.  
Natura interno cū uiscere tinea serpens.Serenus.  
Agrestes tineę/res obseruata colonis.met.xv.  
Condant̄ parco fusca phalerna uitro.mar.ii.  
Candida sic puro numerant̄ lilia uitro.mar.iiii.  
Crassacq; cōueniunt liqdis, & liquida crassis.lucr.iiii.  
Fida reor fraterna erycis/portusq; sicanos.vir.v.  
Sicano prētenta sinu iacet insula contra.v.iii.  
Sicanio prētenta legunt aliqui tñ illud.  
Sicaniū dedit usq; fretum balbus canit ipse.  
Et penitus toto diuisos orbe britānos.in b.  
Nam quid britānis cēlum differre putam?lucr.vi.  
Hinc augustus agens italos in prēlia cēsar.v.viii.  
Coniecto sternit iaculo.uolat itala cornus.v.ix.  
Bythino/pbrygioue satum:sed quē sua noto.bal.iii.  
Quāq; & cappadoces faciāt:egtesq; bithyni.iu.sat.vii  
Hec quoq; pfecto ludebat iafone varro.prop.ii.  
Arcades his oris/genus a pallante profectū.v.viii.

Has postq̄ moesto profudit pectore uoces·cat.  
Impia dementis vulgi, & uix tota profudit·Syl.xi.  
Cacus auentine tumor atq̄ infamia siluę·fast.i.  
His cac⁹ horrendū tyberino gurgite mōstrū·met. ix.  
Hiscere, tanq̄ habeas tria noīa:qñ propinat·iu·sat.v.  
Coenat, ppinat, poscit, negat, innuit, vna·mar.i.  
Risit; & his inquit facito mea tela procures·fast.iii.  
Procurate uiri:& pugnā sperate parari·v. ix.  
Quum subito assurgens fluctu nymbosus orion. v.i.  
Ensifer orion e quore mersus erit·fast.iiii.  
Fertilis est melite sterili uicina colirę·fast.iii.  
Et bellare tabas docilis, coliracq̄ parua·Syl.xiii.  
Atq̄ binuli pellis totos operibat amātes·prop.iii.  
Vitas binuleo me similis cloe·hor.ode.xxiii.  
Huc lyc⁹:huc sagar⁹, pene⁹ q̄ hypāiscq̄ crathisq̄. ð pō.  
Crathis & hic sybaris uīs cōterminus oris·met.xv.  
Silenum pueri somno uidere iacentē·in b.  
Quantū oīs mūdus gaudet cantante sileno·in b.  
Vt critici dicunt leuiter curare uideſ·hor.ii.ep.  
Aequalis liber est critice qui malus est·mar.vii.  
Et graue magnanimi robur mirare rutili·de pon.i.  
Hanc tibi prēposito memorāt dixisse rutili·fast.vi.  
Famę rutiliū suę relinquas·mar.v.  
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentū·v.vii.  
Findor ut arcadię pecuaria rudere credas·ps. sat.iii.  
Inde lycam ferit exectū iam mīre pempta·v.x.  
Protinus antēū & lycam prima agmina turni·v.x.  
Nō sine me ē tibi partus honos, tua bella pyrene·ti.i  
Pyrene misit populos qui nomen ab amne·Syl.xiii.

**A**ntiq proles bello p̄clara dolonis. vir. xii.  
**R**ettulit & ferro rhoesum/ dolonacq̄ c̄fatos. penel.  
**I**llic bellaci confisus gente curetum. luc. iiiii.  
**C**elme ioui/ largocq̄ fatos curetes ab imbri. met. iiiii.

**M**edię cōmunes.

**V**iroscq̄ ualētes cōtudit crudelis hyems. En. i. an.  
**S**peratū meritis dirā qui cōtudit hydrā. hor. ii. ep.  
**T**olle tuū precor annibalē: uictūq̄ syphacē. Lu. sa. vi.  
**C**ōpulum? dirū syphacē/ fractūq̄ metello. clau. iii.  
**P**harsaliā coeūt: pharsalia tecta frequētant. cat.  
**V**agiones/ bathauicq̄ truces: quos ēre recuruo. luc. i.  
**H**ic petit euphratē iuuēis/ domitiq̄ bathau. iu. sa. viii.  
**I**nter sīciliadas cyane celeberrima nymphas. met. v.  
**C**ognita cyane prēstanti corpe nympha. met. ix.  
**L**ecythus. de hoc uide grēciū uocabularium.  
**C**ōnubio iungā stabili: propriāq̄ dicabo. v. i.  
**E**xperiar numidūq̄ petā cōnubia supplex. v. iiiii.  
**O**ccurrit comitū nymphē quas alma cybelle. v. x.  
**V**el tu quę tardā mouisti fune cybellen. prop. ult.  
**H**inc uiduę cybeles: illinc sacraria ueſte. mar. vii.  
**B**ebrycis/ & scythici procul inclēmētia sacri. bal. ii.  
**P**ossessus baccho ſeuā bebrycis in aula. Syl. iii.  
**E**nſiferi nimiū fulget latus orionis. luc. i.  
**A**ut elicen iubeo/ strictūq̄ orionis ensem. met. viii.  
**A**tq̄ auro rude fulmē habēt orionis alti. th. vii.  
**A**geona suis ūmania terga lacertis. met. ii.  
**H**ec centū gemini strictos egeonis enses. clau. iii.  
**N**ec nō tarquinū electū porsenna iubebat. v. viii.  
**H**anc spectare manū porsena nō potuit. mar. i.

Cerea quę patulo lucet ficedula lumbo.mar.xiii.  
 Mergere ficedulas didicit nebulōe parēte.iu.sa.xiii.  
 Fida reor fraterna erycis/ portusq; sicanos.vir.v.  
 Sicana nunc tellus/ nunc littora ibera cruore.Syl.xvi  
 Ionioc; mari malec; sequacibus undis.vir.v.  
 Destinet& rauce circūsonat ira malec.th.vii.

## FINIS.

Mancinellus Auētino pitio.S.P.

Ea quidem oīa/pertinaci opera/ curaq; intēta & dili-  
 genti/ quę sita mihi fuere ut nosti inclyte adolescens:  
 Tardi nāq; ingenii est ( qd & Cicero meminit ) ri-  
 uulos conjectari/ fontes rerū non uidere. Itaq; suis lo-  
 cis auctoꝝ noīa, libroruq; numeros certos apposui.  
 Vale nostri memor. Ex Vrbe nouembris idibus.  
 M.cccc.lxxxviii.

## Emendanda.

Stathera cum th in penultima scribiſ.  
 Synaloephe dicit; emēda igit̄ ubi est synaleophe.

Aurelius Cęcius ad lectorem.

Hunc si lector emis multo non erit libellum  
Charta precor nullos contegat ista cibos.  
Nanci potest escam turpis tibi ferre papyrus  
Docta nec est uncto pagina digna coquo.  
Et uelut illa latet semperq; obnoxia fumo  
Bellerophonteis hęc uaga fertur aquis.  
Fac igitur fugiat te foeda ministra culine:  
Hęc ad pieridas sed bene monstret iter.  
Et modo qui fueras scribendo in carmine mancus  
Iam mancinelli carmine dexter eris.  
Andreas Flavius rheatinus.

Qui cupis aonidum sacri libamina fontis  
Vis & apollinea nectere fronde comas:  
Hęc mancinelli pręcepta recentia uatis  
Instituent: foelix inspice lector opus.  
Carminibusq; pedes: species: & tempora nosces.  
Quanta sit & metro syllaba queq; suo.  
Petrus Hieronymus Augur.

Qui sua fronde cupit cōnecti tempora daphnes  
Ista legat: paruo tempore ferta geret.  
Nam quodcūq; tenet parnassi culmina montis  
Nancisci poterit si bene cuncta leget.








Anno domini 1529.


Nil mortalibus arduum est.

Cælum ipsum petimis subtilicia.









1  
1000

Incun.

72.